Dominus vobiscum (tangendo Pastorale, ut supra) cantat orationem, seu orationes currentes et iterum dicto Dominus vobiscum manet conversus ad Populum donec à Diacono cantetur Ite missa est quibus peractis dicit: Placeat tibi Sancta Trinitas & et sumptâ Mitrâ expectat quod à Canonico, qui tenet Pastoralem cantetur alta voce erga populum: Humiliate vos ad benedictionem & deindè celebrans cantat Sit nomen Domini benedictum & Adiutorium nostrum & Benedicat vos & et factâ Cruci reverentiâ convertit se ad Populum, sumit cum sinistra Pastorale, et triplici benedictione benedicit Populo, depositaque Mitra et Pastorali legit ultimum Evangelium, quo completo, sumit Mitram, et Pastorale et factâ Cruci reverentiâ redit ad Faldistorium positum iuxta subtus gradus Altaris à Cornu epistolæ, ibique depositis